

*85. Instrumentum exsecutionis del  
testamento di Taddeo de Amelino*

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali  
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*85. Instrumentum exsecutionis del  
testamento di Taddeo de Amelino*

1385-08-22

(c. 178v) In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno  
nativitatis ipsius millesimo trecentesimo octuagesimo  
quinto, regnante serenissimo domino domino nostro  
Ludovico secundo Dei gratia rege Hierusalem et Sicilie,  
ducatus Apulie, Andegavie et Curonie duce, comitatuum  
Provincie et Forcalquerii et Pedimontium ac Cenomanie  
comite, regnorum suorum anno primo feliciter amen, //  
(c. 179r) die vicesimo secundo mensis augusti, octave  
indictionis, apud civitatem Potentie.

1

2

Nos Adenolfus de Stampis de Potentia annalis iudex  
ipsius civitatis, Franciscus notarii Iacobi de eadem  
civitate, publicus ubilibet per totum regnum Sicilie  
reginali autoritate notarius et testes subscripti ad  
hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto  
publico declaramus, notumfacimus atque testamur quod  
constitutis coram nobis dopno Andrea de notario  
Robertto <sic> de Potentia, consentiente prius in nos  
predittos iudicem et notarium ut in suos, et dopna  
Bellucia de Lacupensuli, de eadem civitate, relitta  
quondam magistri Tadei de Amelino, mero iure Romano  
vivente, sic <sic> dixit, <sicut> ditti homines et mulieres  
ipsius civitatis Potentie ab antiquo vixerunt et vivunt,  
epitropis, distributoribus et executoribus testamenti  
ipsius quondam magistri Tadei prout nobis constituit  
per quoddam publicum instrumentum testamenti preditti  
fatti in ditta civitate Potentie, per manus preditti

*Così S per Turonie*

L'era regni è calcolata per anni interi a far data dalla morte  
Luigi I (20/9/1384), padre di Luigi II.

notarii Francisci, sub(scriptio)ne predicti iudicis annalis et dittoꝝ testium in ipso instrumento contentoꝝ subscriptionibus roboratum, sub anno predicto Domini millesimo tricentesimo octuagesimo quinto, regnante predicto domino nostro rege Ludovico secundo, regnoꝝ suorum anno primo, die vicesimo ditti mensis augusti, octave indictionis predictis <sic>, quorum scripturas, subscriptiones et signa cognovimus plena fide pro se et successoribus suis, ex una parte; et diacono Ciccono de Ricardo et diacono Antonio de Gatta de eadem civitate, priostꝝ seu prepositis, ut dixerunt, ditti Gerardi maioris ecclesie Potentine, tam pro se ipsis quam nomine et pro parte capituli ipsius maioris ecclesie, pro se et successoribus suis, ex parte altera; ditti epitropi asseruerunt coram nobis fore per predictos priostꝝ sive prepositos impeditum <sepelire> corpus ditti quondam magistri Tadei, qui nequeunt ipsum traddere ecclesiastice sepulture pretextu decime et defraudationis ipsius, ad quam ipsi priostꝝ sive prepositi asserentes <sic> ipsum quondam magistrum Tadeum teneri ecclesie supraditte, uti consuetum hactenus et debitum est in civitate predicta; nec non volentes ipsi priostꝝ, nomine quo supra, ab eisdem epitropis et potentes <sic> ceram et // (c. 179v) pecuniam eis pro obsequiis dicti quondam magistri Tadei, si(cu)t ibidem similiter debitum est et hactenus consuetum, ob quas causas et iura sit ipsis epitropis per eosdem prepositos, nomine quo supra, pietatis adiuventes et cognoscentes eis iustum petiisse tam <de> predicta decima et defraudatione ipsius quam pro cera et pecunia pro ipsis obsequiis, predicti epitropi asseruerunt esse nunc <inter> partes ipsas concordatum et finaliter determinatum, pro ipsis causis, in unciiis quatuor in carlenis argenti,

sexaginta per unciam computatis ponderis generalis; quas uncias quatuor ditti epitropi dixerunt pro manibus non habere, in ipsas facere <sic> nesciunt nisi a datione, traditione et assignatione alicuius possessionis ditti quondam magistri Taddei ex terra; pro similiter <sic> curarunt in nostrum qui supra iudicis, notarii et testium subscriptorum presentia ditti epitropi pro ipsis unciis quatuor carlenis argenti computatis, ut supra, per eos debitis prefatis prepositis seu prepositis <sic>, nomine quo supra, dederunt, traddiderunt et per fustem traddiderunt et assignaverunt prefatis diacono Ciccono et diacono Antonio prepositis, presentibus et recipientibus, nomine quo supra, pro se et successoribus imperpetuum suis ac iure proprio pro ipsis iuribus, decima et defraudatione ipsius, cera et pecunia, obsequiis ipsis, duas partes cuiusdam petii terre que dicitur Parasaccus, site in territorio ditte civitatis Potentie, in loco qui dicitur lo Giardino et posita de Balsamo, iuxta viam publicam prope menia civitatis ab una parte, ab alia parte iuxta terras iudicis Mielis de Sacco et iuxta Iohannotti de Centum Manibus mediante limite comuni, ab alia iuxta terras dicte ecclesie Santi Girardi mediante limite comuni, ab alia parte iuxta aliam viam publicam et siqui alii sunt confines. Et nich(ilominu)s preditti epitropi asseruerunt coram nobis esse eis concessam potestatem in ipso testamento, inter alia, vendendi et alienandi de bonis ipsius testatoris pro executione et satisfactione // (c. 180r) testamenti preditti, prout in ipso testamento hec et alia plenius continetur; et propterea volentes ditti testatoris voluntati et voto per onerationem et satisfactionem testamenti prefati, autoritate preditta eis concessa per testatorem iam dittum, eorum gratiosa et spontanea

voluntate, debitis ut dixerunt sollempnitatibus observatis, vendiderunt et alienaverunt et per fustis traditionem assignaverunt iure proprio et imperpetuum dittis diacono Sicono <sic> et diacono Antonio Gatta, prepositis sive prepositis <sic> Santi Gerardi maioris ecclesie Potentine ibidem presentibus, et tamquam plus, ut dixerunt, exinde offerentibus, premissa prius subsastatione, et recipientibus pro se et in nomine et pro parte capituli eiusdem maioris ecclesie Potentine et successoribus suis, reliquam tertiam partem ditte terre que dicitur Parasaccus, predittis loco et finibus designatam; et ditti epitropi prefatos priostros sive prepositos in corporalem poxessionem, nomine quo supra, ditte partis terre coram nobis per fustem induxerunt ad verum dominium et proprietatem ipsorum prepositorum, nomine quo supra, et successorum suorum ad habendum, vendendum, dominandum, permutandum nec non et quocumque modo voluerint ditti prepositi, nomine quo supra emptores, et successores suos alienandum, cum viis suis in ditte terra intrandi et exeundi atque cum omnibus aliis iuribus et pertinentiis suis sibi pertinentibus quovis modo. Pro qua quidem venditione ditti epitropi venditores coram nobis presentialiter et manualiter receperunt et habuerunt a dittis prepostris sive prepositis <sic> emptoribus, nomine quo supra, nomine pretii in carlenis argenti per unciam computatis, uncias duas usualis regni ponderis generalis, totum silicet pretium venditionis ipsius, promiccentes ipsi epitropi venditores per se et suosque heredes et successores dittis prepostris sive prepositis <sic> emptoribus, nomine quo supra, pro se et suis successoribus recipientibus, litem, controversiam vel questionem aliquam de ditte terra ullo umquam tempore non inferre nec inferri consentire vel

assentire, predittam terram // (c. 180v) eisdem prepositis emptoribus et suis successoribus ab omni homine et persona quacumque legitime defendere, guarentire et disbrigare et de evictione teneri et dittas venditionem, dationem et assignationem et omnia et singula supraditta et infrascritta firmas et firmam ac ratas et ratam habere perpetuo et tenere et contra non dicere, opponere vel venire, per se et suos heredes et successores aut aliquos quovismodo, in iudicio vel extra iudicium, de iure vel de facto, aliqua occasione, ingenio seu trattatu, sub pena dupli pretii supraditti, medietate ipsius pene curie regie vel alteri curie ubi exinde fatta fuerit reclamatio seu querela et altera medietate dittis prepositis quo supra nomine et suis successoribus persolvenda, totiens quotiens fuerit exinde quomodolibet contrafattum, me preditto notario publico tamquam persona publica pro parte ditte curie et dittis emptoribus ac prefatis epitropis penam ipsam sollemniter et legitime stipulantibus. Qua commissa vel non commissa, exatta vel non exatta seu gratiose remissa, presens nichilominus instrumentum cum omnibus que in se continet in suo semper robore et efficacia perseveret, cum refectione dapnorum interesse et expensarum litis et extra litem que fierent propterea quoquomodo, de quibus stari et credi debeat assertioni cum iuramento dittorum prepositorum nomine quo supra et successoribus suorum, nulla alia probatione quesita; et renuntiaverunt super hiis ditti epitropi venditores voluntarie et expresse pro cautela dittorum priostrorum sive prepositorum, nomine quo supra et successorum suorum, exceptioni doli mali, vis, metus et infattum, beneficio restitutionis in integrum, senatus consulti auxilio Velleyani, presentis non sic celebrati contrattus, exceptioni deceptionis et fraudis reique preditto et

subscritto modo non geste vel aliter habite quam et superius et inferius particulariter continetur et est expressum, exceptioni ditte non numerate pecunie, non solute, non date, non habite et non assignate ac non boni argenti, legi resissorie // (c. 181r) qua deceptis ultra dimidiam iusti pretii subvenitur et generaliter omnibus aliis auxiliis et beneficiis omnium iurium et quod <sic> legum et specialiter iuri dicenti generalem renuntiationem ipsam non valere et iuri per quod cavetur quod predicto iuri renuntiari non possit, quibus subfragantibus predicta omnia et eorum singula possint in aliquo minui vel infringi. Pro quibus omnibus et singulis attendendis et inviolabiliter observandis, quod que predicta omnia et singula vera sint, ditti epitropi prefatis prepositis nomine quo supra presentibus et recipientibus corporalem per eosdem tatta presiterunt ad santa Dei evangelia iuramentum et voluerunt partes ipse quod si aliqua iuris sollepnitas in presenti instrumento deficeret, tacite et expresse intelligantur in eo et tociens refici possit et emendari ad consilium sapientis quotiens opus erit, veritatis tamen substantia non mutata. Unde ad futuram rei memoriam <et> ipsorum epitroporum preces et prefatorum prepositorum, nomine quo supra et successorum suorum, cauthelam fattum est exinde presens publicum instrumentum per manus mei predicti notarii signo meo solito signato, mei qui supra iudicis ac nostrum subscriptorum testium roboratum.

3

4

*Così S qui, in docc. coevi Gaeta, qui e in seguito*  
*Così S per sancti*



5

6

7

Quod scripsi ego predittus Franciscus publicus ut supra  
notarius qui premissorum omnibus rogatus interfui  
ipsumque meo consueto signo signavi. Ego Adenersius  
de Stempis de Potentia iudex qui supra Ego Antonius de  
Ducanipese testis sum

8

9

*Così S per? posta*  
*Così S per Meuli (da docc. coevi)*  
*Salto in S*  
*Così S per Adenolfus de Stampis*  
*Dubito della lettura*